

1520 in ~~habetis~~ Aprili post 12. Aprilis

367

Petrus Tomiczki Episcopus Cracovig,
et regni Poloniae Vicecancellarius
Paulo Crasowski Canonico Cracoviensi

Venerabilis domine frater in Christo charis-
sime. Hodie redidite sunt nobis litere vestre
quibus significatis ea quae nobis hucus ve-
ster Magnificus Dominus Castellanus Cra-
coviensis, significanda aut referenda no-
bis praecipit simul et alia nonnulla de
statu rerum presentium, quae nos dili-
genter perlegimus et intelleximus. Primum
omnium Magnas agimus et habemus
gratias Magnifico Domino Castellano Cra-
coviensi singulari fautori et amico no-
stro pro hac illius erga nos animi pro-
pensione et benevolentia, quam pro nos
nobis declaravit, et quam nos dudum mul-
tis argumentis cognovimus et experti su-
mus, curabimusque vicissim eam illius
Domini omni studio et officio amicitiae
semper referre, verum hoc multum mi-
ramur, quod ut scribitis ejus Dominus
inducit in animum suum se adhuc ali-
quantisper in Gostin continere, ubi ma-
neat congressum et colloquium cum
serenissimo rege Joanne et suspitio-
nem apud serenissimum Dominum re-
gem Ferdinandum vitaret, accepimus
enim die Sancto Pascha literas ejus D.
Datus in Gostin feria quarta magna
(quibus)

104

quibus scribit se mox post Dm̄ conductus
Pasche proximam Cracoviam cum uxore et
liberis profecturam, et ut nos quoque ist
huc quamprimum veniamus multis ra
tionibus nobis persuadet. Et quidem
quod nos attinet, cum primum hoc mor
bo catarrali, a quo nondum solene sumus
liberi levati fuerimus libenter isthuc profi
ciscemur, et nihil metuemus, alioqui
regem Joannem si id unus et necessitas
postulavit, palam enim est illud rece
ptum habere et manere in regno Ma
jestatis Domini nostri, quem excludere aut
non fovere non esset, piurn et Christiā
num, prevertim cum hic manens nul
lum delectum militum facit nihilque
hostile adversus serenissimum dominum
regem Ferdinandum et regnum Hungaria
molitur, prout etiam id illi nequaquam
est admittendum, ventiat autem et dicat
ipse serenissimus dominus rex Ferdinan
dus, quidquid velit cum multo majori
certe commodo ejus est factum, quod
hostis suus ad regnum Majestatis
Domini nostri confugit, potius quam, ut
in talibus eventibus fieri solet ad hostes
ejus aliquos confugisset, documento no
bis est dux Michael Gliniski, documento
id genus multa alia, nos de his o
mnibus rebus, simul et de nuntio ad
Am̄ D. regem Ferdinandu expediendo scripsimus heri
copiose, Meo dō vestro, nec putamus opus esse illa iterare
bene valete et domi, Deū pro nobis orate. Datt.